

SESSION 2010

**CAPES
CONCOURS EXTERNE
ET CAFEP**

Section : LETTRES CLASSIQUES

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot, Goelzer et Quicherat sont autorisés.

L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique est rigoureusement interdit.

Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.

De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.

NB : Hormis l'en-tête détachable, la copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.

Tournez la page S.V.P.

Quelques vers sur une poudre dentifrice

Lorsque certains proches de son épouse accusèrent Apulée de l'avoir ensorcelée par des pratiques magiques, ils firent feu de tout bois pour tracer de lui un portrait défavorable ; c'est ainsi qu'il se vit reprocher ses oeuvres de poésie légère. Il se défend contre ces attaques dans son plaidoyer.

Primo igitur legerunt¹ e ludicris meis epistolium de dentificio uorsibus scriptum ad quendam Calpurnianum, qui cum aduersum me eas litteras promeret, non uidit profecto cupiditate laedendi, si quid mihi ex illis fieret criminosum, id mihi secum esse commune. Nam petisse eum a me aliquid tersui dentibus uorsus testantur :

Calpurniane, salue properis uorsibus.
Misi, ut petisti, tibi munditias dentium,
nitelas oris ex Arabicis frugibus,
tenuem, candificum, nobilem puluisculum,
complanatorem tumidulae gingiuulae,
conuerritorem pridianae reliquiae,
ne qua uisatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

Quaeso, quid habent isti uorsus re aut uerbo pudendum, quid omnino quod philosophus suum nolit uideri ? Nisi forte in eo reprehendendus sum, quod Calpurniano puluisculum ex Arabicis frugibus miserim, quem² multo aequius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait Catullus, sua sibi urina « dentem atque russam pumicare gingiuam »³.

Vidi ego dudum uix risum quosdam tenentis, cum munditias oris uidelicet orator ille aspere accusaret et dentificium tanta indignatione pronuntiaret, quanta nemo quisquam uenenum. Quidni ? crimen haud contemnendum philosopho, nihil in se sordidum sinere, nihil uspiam corporis aperti immundum pati ac fetulentum, praesertim os, cuius in propatulo et conspicuo usus homini creberrimus, siue ille cuipiam osculum ferat seu cum quiquam sermocinetur siue in auditorio dissertet siue in templo preces alleget : omnem quippe hominis actum sermo praeit, qui, ut ait poeta praecipuus, dentium muro proficiscitur.

APULÉE, Apologie VI, 1 -VII, 4.

¹ Sujet de *legerunt* : « ils » = les accusateurs d'Apulée.

² Comprendre : (*cum*) *multo aequius erat (eum) [...] dentem atque russam pumicare gingiuam.*

³ Catulle, 39, 19. Coutume des Hibères bien connue dans l'Antiquité et souvent moquée.